

John Leland  
Genethliacon Eaduerdi principis Cambriae  
London  
1543

GENETHLI  
ACON  
illustrissimi Eäduerdi  
PRINCIPIS CAMBRIAE,  
Ducis Coriniæ, et Comitum Palatini: libellus  
ante aliquot annos inchoatus, nunc vero  
absolutus, & editus:  
Ioanne Lelando  
Antiquario  
autore.

<verses>

Londini.  
ANNO M. D. XL III.

...

<sig c2r>

Syllabus, et interpretatio  
ANTIQUARUM DICTIONVM  
quæ passim per libellum  
lectori occurrunt.

...

<sig e4r>

Autoritate veterum scriptorum constat, duas olim in Britannia  
magni nominis fuisse sylvas: quarum quæ prima Caledonia a  
frigidis, vt ego colligo, montibus dicta est: altera vero a Saxo  
nibus Andredeswalde, de qua Henricus Huntendunensis scribit  
in sua historia. Porrigebatur autem ab ea parte Cantii, quæ  
nunc a syluis Vvaldia appellatur, vsque ad Danmonios, teste  
autore cum veteri, tum docto quidem illo, qui suorum temporum  
res gestas historiæ Asserii Meneuensis annexuit.

...

<sig f1v>

Doris, quæ & Durus. Hunc portum nomine Dubris  
appellat Antoninus: vulgo Douer appellatur.  
Durouernum Ptolemæo, & Antonino ciuitas cognita.  
Beda hanc vocat Doroberniam. A Saxonibus Cantewar  
byri, id est, Cantiorum curia dicta est.

...

<sig f2r>

Iccius portus: nunc Calice. Crediderim Gessoriacum  
Bononiam hac dici ætate.

...

<sig g1v>

Rutupinum littus maxime illa ora maris, quæ adiacet  
Rutupino portui, ubi nunc Sabulouicum uulgo Sandwike.  
Alias apud Romanos scriptores significat totum littus Can-  
tianum, desumpta a loci excellentia appellatione. Lucanus  
libro sexto.

Rutupinaque littora feruent.  
luuenalis satyra quinta.  
Rutupinoue edita fundo

<sig g2r>

Ostrea callebat primo deprendere morsu.  
Rutupiarum meminit Ptolemæus, & recentior eo Antoninus. Vrbs hæc antiquitus sita in Thanato insula: sed nunc, quia Durus fluiuis alueum mutauit, insula excluditur. Sita fuit loco utcunque edito & confecta pene tota ex coctis lateribus maiusculis quidem illis. Extant adhuc ingentes mœniorum ruinæ, & Romanorum numismata, passim ab aratris eruuntur. Constat autoritate Gotcelini Bertiniani, Rutupinum fuisse regiam. D. Aethelberti regis Cantii, quo tempore applicuit sanctus Augustinus Anglosaxonum apostolus. Di stat autem a Sabuoluico plus minus mille passibus. Ruina vrbis Rutupinæ initium, atque adeo incrementa dedit Sabuoluico. Hæc vrbs ab Anglis, teste Beda cap. 1. libri primi historiæ suæ. dicta est Reptacester, nunc autem Richeborow.

...

<sig g5v>

LONDINI  
Apud Reynerum Vuolfium, in  
cœmiterio Paulino, ad  
æneum serpentem.  
1543.

<These notes of Leland's, appended to one of his sycophantic poems (a birthday present for the prince of Wales), have some claim to be regarded as the very beginning of the topographical tradition. They were mostly superseded by the notes attached to another poem, published two years later (Leland 1545), reproduced in the following file; but the paragraph concerning Richborough kept its value, and was cited explicitly by Lambard (1576:90–1). As with that other file, I have simplified some details of the typography. – C.F. June 2010.>